iniuste propter invidiam calumpniatus, de Constantinopoli expulsus est, et valde a longe propter laborem itineris mortuus est, et sancta illa anima ad celum transvolavit. Deinde Constantinopolim ossa sua dellata sunt. Fuit etiam hic Johannes Damascenus. Qui existens in monasterio et in sancta proficeret vita, ob invidiam calumpniatus, manus dextera sibi amputatur. Johannes autem, sciens hoc ex invidia fore facta, coram Domino se conquerebatur, illa regina Virginum affuit cum ingenti lumine et manum que ligata in porta monasterii ad dedecus erat, accepit et in brachio apposuit, et sic sanatus est. Tunc ille, gratias sibi agens, visa diei luce, surgit sotiosque vocavit et gratiam Dei omnibus demonstravit. Senuit autem Johannes ibi et multa compilavit opuscula ad laudem virginis Marie. Fuerunt denique in hac civitate innumerabiles sancti atque strenuissimi viri, quorum quorum martiria et acta valde esset laboriosum enarrare; et ideo posteris suplendum dimitemus.

dedecus in porta monasterii, et in brachio apposuit et sanavit. Ille gratias sibi agens, sociis convocatis, gratiam Dei omnibus demonstravit. Imperator, audito miraculo, ad pedes eius adveniens, osculatus, est ore proprio manum. Senuit autem Johannes ibi, et multa compilavit opuscula ad laudem Virginis Marie. Fuerunt denique in hac civitate innumerabiles sancti et strenuissimi viri, quorum gesta enarrare difficile esset.

Ad trionem per unum milliare Pera, Januensium civitas, est; et per sinum ab urbe separatur; ubi Greci ex decreto nullo modo habitare audent. Sunt etenim ab isto loco usque mare Pontum milliara xviii, versus trionem ore tenuissimo et periculosissimo navibus navibus ibi intrantibus.

Ad trionem per unum miliare Pera, Januensium civitas pulcerrima, est, que per sinum ab urbe separatur: ubi Greci ex decreto nullomodo habitare audent.

Ad trionem per unum miliare Pera, Januensium pulcerrima civitas, est, que sinu a urbe separatur: ubi Greci nullo modo habitare presumunt. Sunt autem ab isto loco usque mare Pontum miliaria decem et octo versus trionem, ore tenuissimo atque periculoso navibus inde transeuntibus.

Postquam denique transgressionem fecimus et ur-

Postquam enim transgressionem fecimus et urbem

Postquam denique transgressionem fecimus ad ur-